

CXII	De maxilla inferiore	ib.
CXIII	De clavicula & summo humero	271
CXIII	De humero luxato	ib.
CXV	De cubiti gibbero	272
CXVI	De brachiali & digitis luxatis	273
CXVII	De uertebri spinæ	ib.
CXVIII	De coxa luxata	274
CXIX	De genu articulo	276
CXX	De malleoli articulo, ubi etiam de pedis digi- tis agitur.	277
CXXI	De luxatis cum ulcere	ib.
CXXII	De luxatione cum fractura facta	278

ANNOTATIONES IN LIB. VII.

Folio. 278. a 24

**Q**uo sint calore.) Hoc est quo calor ordine siue gradu.

Folio. 279. b 22

Succurrit in cibo potuq;) Græce est *ωφέλει κατάπλορον* *μεν* et *τε καὶ ποτῶν* *πρόμεν* et *καὶ ἀπομεν* et. hoc est prodest illi-  
ta, alligata, & in cibo. Dioscorides cum aliis exemplari-  
bus, habet *πρόμεν* et, hoc est pota, ut nos reddidimus, *πρό*  
*κατάπλορον* *αγομεν* et.

Folio. 284. a 36

Alii omphacocarpon appellant.) Manuscriptum exemplar  
est. Dioscorides omphacocarpon habent, atque sic legendū  
est. Dioscorides nominis rationem exponit.

Folio. 285. b 2

Arsenici uis est caustica.) Hoc est adurens; cæterę Plinius dic-  
tione Græca utitur, ne quis nos cauilletur.

linea. 28

vehementibus medicinis.) Græce est *εν ταυκοις*, hoc est ue-  
hementibus ad libidinem incitantibus: ut lib. 3. capite quinta  
quagesimo octauo uidere est. ubi de particulis inefficacibus  
agitur.

Folio. 286. b 5

Ventrem quoque emollit.) Ad uerbum sonat Græce, per  
uentrem transit, id autem nihil aliud est quam iubducit &  
emollit.

ANNOTATIONES

Folio. 288. b. r. 4

Populis albis piceisq.) deprauata est scriptura, pro peucis  
quod semper tedam interpretatus sum, hic peucen dixit  
Plinium sequutus, qui eadem dictione utitur.

Folio. 290. b. 13

Cordylon.) Dioscorides tordylon uocat. Marcus et Diosco-  
ridis interpres uitiatum hunc. Pauli locum putat, & legen-  
dum tordylon. literarum seriem, quam Paulus noster obser-  
uat, non animaduertens.

Folio. 291. a. 1

Aquas in uentre collectas.) Græce quidem est ὄρα, sed ab-  
surdo sensu. Non enim urinæ in uentre colliguntur, sed a-  
quæ, unde etiam Dioscorides ad aquæ affectus ualere  
asserit.

Ibidem. b. 21

Filicula dulcis.) Hæc filicula non proprie dicta est, quem-  
admodum polypodium, sed querna filix potius dicitur, ut  
Græcum nomen indicat.

Folio. 294. a. 24

Cæcos caneros ilitu adiuuat.) Cæcos hic uoco latentes, nõ  
exulceratos.

b. lineæ. 5

Et discutientis per halitum.) Quia dixit ephemerum mistæ  
esse porestatas, interim unius tantum qualitatis faciens men-  
tionem, uisum est & secundam ex Galeno adiciere librari-  
um incuria forte emissam.

Folio. 296. a. 19

Præsertim turturem marinam.) Verba quidem Græce sic ha-  
bent, uex intelligere oportet pastinacam marinam, quæ æ-  
qui uoca turturi appellatione Græcis τῆρ τῶρ uocatur.

Folio. 299. b. 17

Tum in faciei medicamentis.) Græce est τῶ δ' ἑστὶ καὶ ἐπὶ ὄ-  
φθῆσι φαρμακῶσι: quam sententiam reddidissim, & in obso-  
nio & in aliis medicamentis, (quanquam ὁ ἴσῳ legendum  
foret) nisi dictio ἐπὶ φθῆσι, quod est aliis, in priorem senten-  
tiam me traxisset, tu utram uisus elige.

Folio. 302. a. 10

Cneci semine ad.) Cnecum etiam cnicum dicitur eodẽ  
tertio libro in differenter usus sum.



## ANNOTATIONES

Folio. 303. a. 16

**Auſum cohortaliſium.**) Alii hunc Pauli locum citantes gallinarum ſinum interpretantur; alii etiam anſerum, anatium, gallinaſeorum. Nam Græca dictio *κατοικιδίων* uidetur omnes ſignificare alites qui domi aluntur. Nos cum Columella aueſ cohortales diximus.

b. lineæ. 2

**Fluuiatilium.**) Græce eſt, *περὶ λοκροδίων*, quod ſignat Nilæ hæcæ crocodilæ. Nos fluuiatilium reddidimus, quum certum ſit, hoc genus ſolum in Nilo reperi.

Folio. 306. b. 34

**Menſes ſtimulant.)** Hoc eſt mouent. Pliniana locutio.

lineæ. 16

**Lachryma thuris.)** Ita appellauit ubique Græcum *λιβαρόν* diſtinguens ab arbore quæ *λιβαρόν* dicitur, ſequitur Gale- num; ex quo Paulus ad uerbum hæc deſcripſit, quanquam differentia interim confundatur. Cæterum cortex thuris cruſta ea eſt, quæ lachrymæ adhæreſcit; non quæ arbori,

Folio. 309. b. 16

**Creta ſutoria.)** Melanteria Græce appellatur, quam in toto hoc opere cretam ſutoriam dixi. Scribonium Largum imi- tatus, qui oompoſitione ducenteſima octaua ita ſcribit: *Melanterix*, quæ creta ſutoria dicitur, qua *ligulæ calceolorum* denigrantur &c.

Folio. 311. a. 30

**Medicamentis ſtomaticis.)** Græce erat ſtomachicis, depra- uate pro ſtomaticis. Nam medicamentum dia moron, non ad ſtomachi, ſed oris uitia inſcribitur.

Folio. 314. b. 22

**Græci coremata uocant.** Paulus, Galenus & Aetius, ſinegma- ta uocant coremata a Græco uerbo *καρπῶν*, quod eſt extergo purgo.

Folio. 315. b. 36

**Periclymeni folia.)** Periclymenon Scribonius Largus com- po. 129. ſylux matrem latinis dici teſtatur.

Folio. 314. a. 18

**Lentiſci floſ.)** Græce quidem ſic eſt, ſed corrupte, legendumque eſt *χόιν* pro *χόιν*. Quare tu legito lunci odorati floſ &c.

ANNOTATIONES

Folio. 328. b. 15

Ficus exerit.) Ficus uoco quod Græci uocant *lycosin*, quasi dicas *ficationem*, & *ficofas palpebras*.

Folio. 331. b. 27

Qui cynicus spasmus dicitur.) Hunc affectum Scribonius Largus compositione. 255. eodem quo nos modo interpretatur.

Folio. 332. b. 13

Unita fuerint.) Græce est *σπωσας* quod est, proiciens. Legitur. viii. proiectæ fuerint, admiscetur &c. sensus est herbas proicito deinde reliqua adiecito. Cæterum cur unita reddiderim in causa fuit alterum exemplar scriptum quod habebat *σρωσας*.

Folio. 335. a. 10

Scrupula tria.) Exemplar Græcum habebat scrupula octo, qui numerus nulla ratione conuenit, quum plus dare conueniat iis quibus alius est difficilis quam iis quibus facilis, si liquæ autem uiginti tres quas hic iubet Paulus in alio difficili exhiberi, non efficiunt scrupula quatuor. Quamobrem tum ratione, tum autoritate Alexandri, unde hæc compositio transcripita est, ut ipse Paulus tertio libro fateatur, tria scrupula legendum censuimus. Ex eodem autore id quod in hac compositione sequitur restituimus.

Folio. 337. a. 10

Modus est denarii duo.) Græce numerus denarioꝝ desiderabatur, ex Oribasio restitutus a nobis est.

Folio. 338. a. 35

Vel clystere semel bisue iuxta uirium rationem sollicitata.) Præpostere hæc sententia posita est. sic lege: Vel clystere sollicitata: semel bisue iuxta uirium rationem. Omnium &c. ut sit hic sensus: Veratrum laboranti datur, semel bisue iuxta uirium rationem, ubi alius responderit, uel sua sponte, uel clystere sollicitata.

Folio. 345. a. 4

Caryi, hyssopi. Quid caryon sit non competi nisi pro caros accipiatur. Significat autem caryon, ut hic scriptum est, nucem: quæ significatio præ huic loco conuenit. Nam species nucis semper in medicamentis solet addi.

b. linea. 27

Thodoretus altera dia anacardion.) Græce est, *Θεοδωρ*



ANNOTATIONES

Quid sit non satis constat, eoq; legendum putauerim. Διχα, ut sit sensus: Theodoretus quæ sine anacardiis componitur. Nam anacardiis in compositione nulla fit mentio, nisi in fine, ubi dicitur, nonnullos addere duo anacardia.

Folio. 347. a. 10

Quam una inceperit maturescere.) Græce est, μακρὰ γερν, quod proprie significat nigrescere, atque hoc proprium maturefcentis uix indicium est. Vult igitur Paulus significare autumnum ineuntem.

Folio. 348. b. 14

Afari, piperis albi & nigri.) Græce quidem non est piperis, sed quia a'arum non describitur album & nigrum a Dioscoride aliisq; qui de simplici medicina scripserunt, putant adiciendum, quum frequens in superioribus compositionibus eius fiat mentio.

Folio. 352. b. 9

Pastilli, ceræ. Græce erat κίρρα, nullo sensu, eoq; nos κίρρα legendum duximus quum in sequentibus compositionibus in eum modum habeatur.

linea. 35

Rhus coriarii.) Græca exemplaria habebant adiectum συνηπίαι, hoc est aluminis. nos quia superius in hac eadem compositione omnium aluminis generum facta est mentio, nō sine ratione hic reliquimus.

Folio. 353. a. 14

Fingunturq; pastilli.) Græce erat, πλάττει μίχην κοτύλης, hoc est, finge in longitudinem heminæ dimidiæ. nullo sensu. Quare nos simpliciter, Finguntur pastilli reddimus.

Folio. 354. a. 30

Squamæ æris, mali punici.) Græce est ποικύλιον a dictione simplici ποικύλιον quod est malum punicum: ideo sic interpretatus sum. Nam & rhoidia & rhoedia dicitur, ut Hermolaus ex authoribus testatur.

Folio. 355. a. 13

Stillæ ammoniacæ.) Idē est quod guttæ aut suffiminis, aut thymiamatis, ut Celsus Græco uocabulo utitur.

linea. 14

Herbæ Ianariæ.) Scribonius Largus compo. 10. radicem sa-

ANNOTATIONES

anariam uocat, quod Græce *struthion* dicitur. Latini ab usu lanariam radicem & herbam, atque ab eius præcipua & uti liore parte, radiculum dixerunt.

Folio. 3. §. 6. b. 11

Aluminis scisili.) Græce est  $\chi\lambda\sigma\sigma$  pro  $\chi\lambda\sigma\sigma\epsilon$ . Nam lapis scisilos huc non facit, præterea  $\lambda\lambda\theta\theta$  semper habet adiectum: alumen scisile sæpe per adiectiuum tantum  $\chi\lambda\sigma\sigma\epsilon$ , signifi-

Folio. 359. a. 3

Hypocisthis.) Scribonius Largus compositione. 85. hypoci- fidem uocat succum rosæ syluaticæ, quam caninam quidã uocant.

linea. 11

A lia xerocollyria, alia hygrocollyria uocantur.) Hæc latine fonant, arida collyria, & liquida collyria.

linea. 17

Liquore non copiose affuso.) Græce est  $\gamma\kappa\alpha\theta\alpha\rho\sigma\nu$ , quod si- gnat, non puro affuso. Qui sensus cum sequenti  $\alpha\lambda\lambda\omega\kappa\alpha\epsilon\tau\epsilon\beta\rho\alpha\chi\upsilon$  id est sed modice & paulatim, non conuenire uidetur. Puto igitur Græce fuisse  $\gamma\kappa\alpha\theta\epsilon\phi\sigma\sigma\nu$ , tu utrum ma- uis lege.

linea. 15

Monohemeron appellatum.) Ad uerbum hoc sonat, quod uno die per sanat. Scribonius compositione uigesima de eisdem collyriis agens uidetur id expresisse, ita inquitens: Fere enim uno die tollit epiphoram & præcipue in- cipientem.

Folio. 362. a. 8

Dia ceratos dicitur.) In tertio libro citat Paulus hoc collyri- um dia ceratos elaphiu, quanquam a Celso etiam simplici- ter quema. Imò um hic dia ceratos dicatur collyriũ quod ex cornu ceruinõ constat.

Folio. 363. b. 13

Harmation.) Scribonius Largus medicamentum eisdem & simplicibus & eorum ponderibus constans harmia uocat, quod ex quatuor rebus, ut quadriga equis conficiatur, & celeris habeat effectus. Hoc autem discriminis interce- dit, quod Paulus addat æruginem, præter nominis ratio- nem.



## ANNOTATIONES

Folio. 16. a 8

Alia sunt oleamenta.) Hac dictione quam aliqui putant esse barbaram, utitur Scribonius Largus compositione ducentesima uigesima secunda: quemadmodum & oleaminis uocabulo idem author utitur compositione ducentesima sexagesima nona.

Ibidem. a 28

Lapathi, thepelæi.) Qui d r thepelæum sit nusquam compendi, nisi forte  $\epsilon\upsilon\pi\epsilon\lambda\alpha\iota$  legendum sit pro sordibus olei, quæ amurcam latini uocant.

Folio. 366. a 18

Hyssopi medicamenti.) Superius annotaui hyssopum corrupte sæpe legi, pro cælypo, ita hic quoque compositum medicamentum, male habent Græca exemplaria hyssopum pro cælypo. Hermolaus utroque modo posse legi, dicit.

Folio. 369. a 12

Hyssopi liquidi.) Hic quoque cælypum pro hyssopo legendum est.

Folio. 371. a 7

Olei ricinini aut ueteris.) Galenus quidem ex quo hæc compositio sumpta est, habet olei ricinini ueteris, sed non male Paulus posuit olei ricinini aut ueteris, supra namque pagina uidelicet. 172. linea uigesima secunda, dictum est, ricininum oleum æquales ueteri uireis obtinere.

Folio 373. b 16

Hyssopi cerati.) Et hic hyssopum deprauate est pro cælypo.

linea. 21

Dicitur Pamplesthes.) Græce est pampathes quasi ad omnes huiusmodi affectus conueniens: Hermolaus Pamplesthes legit.

Folio. 379. a 21

Embole prima.) Hoc est injectio prima. Nam ea medicamenta diuersis uicibus injecta componi solent ut ex sequentibus patet.

Folio. 382. a 5

Palmulæ magnæ duæ.) Græce nullus numerus additur: Nos ex coniectura duæ apposuimus, quod si non placet, aliud quippiam substitue.

## ANNOTATIONES

b. lineæ. 8

Alia emolliendi.) Exemplaria Græca habebant  $\alpha' \mu \kappa \tau \rho \alpha \epsilon'$ , hoc est non mixta, absurdo plane sensu, quod nos  $\mu \alpha \alpha \lambda \alpha \kappa \tau \rho \alpha \epsilon'$  legi debere ex sequenti sententia, & ratione iudicauimus.

Folio. 388. a. 20

Aristolochiæ rotundæ.) Græce quidem non est rotundæ, sed particula  $\nu \alpha \alpha'$  satis indicat aliquid desiderari.

Folio. 389. a. 8

E domo una in alteram.) Hic deprauatum exemplar existimo, quemadmodum paulo post, ubi numerus liliorum non additur.

Folio. 395. b. 29

Drach. 16.) Scribe drach. 6. ut ex iis qui præcesserunt liquido patet.

## DE P O N D E R I B V S E T M E N S V R I S.

Quoniam multos ponderum & mensurarum difficultas a medicamentoꝝ lectione dererret, uisum est nobis planius rudijsq; ex Græcorum scriptorum monumentis ceu in tabulæ modum quid singula ualeant, subiicere.

### S I L I Q V A

Siliqua Græcis  $\kappa \epsilon \rho \chi' \tau \rho \nu$  dicitur: capit æreolos duos & tres partes.

### O B O L V S

Obolus & Latine & Græce dicitur: siliquas duas ualet, sextans denarii seu drachmæ.

### S C R V P V L V M

Scrupulum & scrupulum, Græce  $\gamma \rho \alpha \mu \mu \alpha$  dictum, duos obolos pendet.

### D E N A R I V S

Denarius qui Græce drachina uocatur, ualet scrupula tria. Vsurpant autem Latini scriptores sæpe Græcam dictionem, ut Plinius: Celsus nunquam.

### V N C I A

Vncia  $\gamma \nu \mu \alpha$  Græcis appellatur: Secundum Græcos octo ualet denariis seu drachmis: Celfo septem. Omnes tamen, & Plinius & Largus alijs, octogintaquatuor drachmas in libra numerant.



**LIBRA**

Libram pondo etiam latini dicunt: duodecim autem conti-  
ner uncias.

**MINA**

Mina uariat pro nationum diuersitate: Romana pendet un-  
cias uiginti: Attica & Aegyptia sedecim: secundum alia  
os, duodecim.

**MENSURAE LIQUIDORVM.**

Cochleare elementum est mensurarum, pendet drach-  
mas. 2

Mystrum paruum continet cochlearia tria, pendet drach-  
mas. 6

Cyathus capit mystra parua duo, pendet unciam. 1 & drach-  
mas. 4

Acetabulum continet cyathum unum & dimidium, pendet  
uncias. 2 & drachmas. 2

Hemina capit acetabula quatuor, pendet uncias. 9

Sextarius continet heminas duas, pendet libram. 1 & un-  
cias. 6

Choenix capit sextarium unum & dimidium, & pendet li-  
bras duas & uncias tres.

Congius continet choenices quatuor, pendet libras. 9

**DE PONDERVM NOMINIBVS,**  
quibus in toto opere usi sumus.

Duodecima pars assis	Uncia
Sextans	Unciae duae
Quadrans	Unciae tres
Triens	Unciae quatuor
Quincunx	Unciae quinque
Semis, quae & selibra dicitur	Unciae sex
Septunx	Unciae septem
Hes	Unciae octo
Dodrans	Unciae nouem
Dextans	Unciae decem
Decunx	Unciae undecim

As, libra	Vncia duodecim
Dupondo	Librae duae
Trepondo	Librae tres
Sescuncia	Vncia una & semis
Semuncia	Vncia semis
Denarius	Drachma

## ARGUMENTVM LIBRI VII.

In hoc septimo & ultimo totius operis libro de medicamento-  
rum tum simplicium tum compositorum omnium, quorum po-  
tissimum per integros sex libros praecedentes fit mentio, uir-  
tibus, disputatur, atque infra posito ordine ponuntur.

### CAPITA LIBRI VII.

I	De temperamentis, quae per gustatus qualitas tisprehenduntur	278
II	De ordine interuallo temperamentoꝝ	ib.
III	De particularium simplicium medicamen- torum facultatibus	279
III	De medicamentis simplicibus quae fluxu bilis purgandae sunt	330
V	De compositis medicamentis purganti- bus	333
VI	Quomodo eos qui purgantur tueri conueniat, quidque faciendum ubi medicamentum pur- gans nihil profecerit	335
VII	Si purgatio modum excedat	336
VIII	De hieris antidotis	ib.
IX	Quae sedi & umbilico illita purgent	337
X	Quae medicamenta uomitu citent, & quo mo- do helleboꝝ exhibeatur	ib.
XI	De differentia antidotoꝝ	339
XII	De pastillis	348
XIII	De medicamentis quibus aridis utimur, xer- ria dicuntur, & smegmatis	353
XIIII	De medicamentis liquidis quae insinuntur, ad-	